



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 6. De Virtute Obedientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

CAP. VI.

De Virtute Obedientia.

2.2. q. 104. 1. **O**bedientia est virtus quædam, inclinans ad executionem præcepti Superioris, in quantum est præceptum, qualecunque sit præceptum, aut expressum, vel solum interpretativum: obediendo simpliciter verbo & voluntati Superioris, juxta dictam Apostoli *Dicto obedite*. Et merito. Quia sicut in rebus naturalibus unum corpus est supra aliud, & superioris motus inferius, veluti Cæli movent Elementa; ita in rebus humanis debet esse diversitas graduum, Superioris & Inferioris, & Superior ordinare, & Inferior obedire debet. Hæc Obedientia duplex est: naturalis, quando quis obedit Superiori, tanquam homini, in ordine ad finem naturalem: & supernaturalis, quando quis obedit Superiori, in ordine ad finem supernaturalem.

Ad Tit. 3.

2. Motivum specificans & distinguens hanc virtutem ab aliis est præceptum Superioris, in quantum præceptum, esto non obliget, neque ad culpam, neque ad poenam, sufficit, quod sit voluntas & ordinatio superioris qui potest obligare, propter jus mandandi & precipiendi, quod habet Superior, & propter debitum obediendi, quod est in subdito: & talis voluntas, juxta S. Thomam est interpretativa seu inchoativa præcepti. Hæc est perfectio Obedientia, secundum doctrinam Sanctorum, quando subditos obtemperat voluntati Superioris voluntati & natui, absque eo, quod præstoletur præceptum.

3. Hæc virtus suos habet actus proprios, rebus aliis: & sunt, Judicare, Velle, & Exequi totum quod ordinat mandatque Superior. Præterea ad perfectionem Obedientia necessarii sunt alij virtutis actus. Etenim, secundum S. Bernardum, potest obediendum est voluntariè sine contradictione. Secu-

S. Bernard.

Secundò simpliciter, sine discussione. Tertio hilariter, sine tristitia. Quarto velociter, sine tarditate. Quintò humiliter, sine tepiditate. Sextò humiliter, sine elatione. Septimò perseveranter, sine cessatione.

S. Ignatius Lojola à Deo mirum in modum illustratus in hac virtute Obedientiæ, tria assignat motiva, quibus quis inducatur ad perfectè obediendum. Primum est, ut subsidio vivæ Fidei contempleretur, & confiteretur Christum in Superioribus: secundum, ut obediat regi, absque discussione illius, quod præcipitur, & tunc quodam impetu, veluti in rebus Fidei, quilibet Christianus se habere debet: tertium, ut semper adinventas rationes ad approbandum id, quod præcipitur & obediatur Obedientiæ, & non quærat rationes, quibus illud ipsum reprober.

Habet insuper Obedientiæ effectus suos. Primum est perfecta conformitas cum voluntate Dei: & quod facis per Charitatem, ut amicus, hoc fac per Obedientiæ, ut subditus. Alios Obedientiæ effectus enumerat S. Antoninus. Primus est, quod efficiat amicum Dei: Vos amici mei estis, si feceritis, Tit. 5. c. 11. præcipio vobis. Secundus est, eundem constituit Patrem Christi: Qui fecerit voluntatem Patris mei, meus Frater, & Soror, & Mater est. Tertius est, gloriam ipsum efficit in reationibus: Vir obediens operatur victoriam. Quartus est, confert ei pacem & quietem: Vinam attendisses mandata mea: facta fuisset quasi flumen pax tua. Quintus denique est, quod ei conferat a Deo imperet benedictionem: En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri.

4. Virtuti huic Obedientiæ ut socia assignatur ista virtus, admodum ei similis, dicta Epi cheja, vel Equitas, inclinans ad nos conformandos Superioris intentioni, quemadmodum Obedientiæ inclinatur nos, ut conformemur præcepto. Ratio, secundum S. Thomam, est, quia Superior ad omnia in particulari, quæ in infinitum variari & mutari possunt, descendere nequit: & in hisce dirigit nos

M 3 Epicheja,

2.2.9.104.
a.3. Cajet.
S. Anton.
Tit. 5. c. 11.
Ioan. 15.
Matth. 12.
Prov. 21.
Isa. 48.
Deut. c. 11.

Epicheja, ut, ubi non est operandum conformiter verbis legis, operemur juxta mentem Legislatoris: ut patet in exemplo & casu restituendi depositum gladii furioso.

Virtuti Obedientiæ opponitur vitium Inobedienciæ, crimen adeò grave, ut à Propheta Samuel *1. Reg. c. 15.* compareretur peccato Idololatriæ. *Quasi peccatum hariolandi est, repugnare, & quasi scelus iudicium nolle acquiescere.* Quæ Propheta comparatio, secundu[m] S. Thomam, non est æqualitatis, sed similitudinis, quia Inobediencia redundat in contemptum Dei; sed Idololatria magis.

5. Pergamus nunc ad modum, quo hæc virtus ad praxim redigenda est. Primò, curandum est, ut exerceatur actus Obedientiæ ex honestate Obedientiæ, veluti vult Philosophus: videlicet, propter formale ejusdem virtutis Obedientiæ, quod est, quando obedimus propter Obedientiæ, & propter finem, ut exequamur voluntatem Superioris. Secundo, motivo Obedientiæ alia aliarum virtutum motiva adjungenda sunt: exempli gratiâ, obediendum est, ut nos humiliemus coram Deo, & est actus Humilitatis: obediendum, ut nos honoremus Deum, & est actus Religionis: obediendum propter amorem Dei, & propter Bonitatem Dei, & est actus Charitatis. Præcipue verò virtus Obedientiæ ut sit perfecta, supponere debet tres virtutes Theologicas. Primò, Fidem, contemplando & glorificando Christum in Superioribus. Secundo, Spem, confidendo in virtute Obedientiæ & Dei, qui precipit. Tertio, Charitatem; quia, cum Obedientiâ inseparabilis Charitatis existat filia, ut vult Cyprianus, ab eadem virtute dirigi debet ad finem Charitatis, qui est summa Bonitas Dei, gaudium & complacentia Dei. Unde ultimè obediendum est, ut placeamus Deo, propter gaudium Dei, & ut certissimam ejusdem exequamur voluntatem: scilicet, si Obedientiâ persisteret in homine, & non transferretur ad Deum, naturalis duntaxat, & politica esset obedientia, non religiosa & supernaturalis.

Obi notandum venit discrimen inter has duas Obedientias. In Obedientia politica concurrunt Deus, sicut causa efficiens, in quantum precipit exhiberi Obedientiam Superioribus temporalibus (unde dixit Apostolus: *Servi obedite, Dominis car. Ephes. c. 6.* sicut CHRISTO); In Obedientia vero spirituali & religiosa concurrunt Deus, non solum ut causa efficiens; verum etiam ut causa finalis & motiva ultimata: quia obedimus voluntati hominis, ut ultimatae obediamus voluntati Dei, cuius Vicarium & Ministrum agit Superior: Quam obrem dicebat Christus: *Qui vos audit, me audit*, loquens de Obedientia religiosa, non politica. In praxi igitur & exercitio Obedientiae curemus sedulo, ut Obedientia nostra non sit politica & naturalis; sed supernaturalis, propter motivum Charitatis Dei: juxta doctrinam S. Apostoli Petri: *Custificantes animas vestras in Obedientia Charitatis, id est, obediendo ex motivo Charitatis.* I. Pet. c. I.

CAP. VII.

De Virtute Gratitude.

1. *Gratitudo est compensatio beneficij.* Est virtus *q. 106. a. 1.* inclinans ad reddendum mutuum benefactoribus nostris. Et est pars Justitiæ, quia respicit debitum, quod à nobis exigunt nostri benefactores: sicut Religio respicit debitum, quod exigit Deus: Pietas respicit debitum, quod a nobis requirunt Parentes nostri: Observantia respicit debitum, quod exigunt Superiores nostri. Verum quoque est, quod virtus Religionis eminenter in se continet virtutem Gratitude respectu Dei, in quantum per eam gratias referimus Deo, tanquam primo, & summo benefactori nostro.

2. Tres sunt actus ad hanc virtutem spectantes: *Re. q. 107. a. 2.* *propositio beneficij, Gratiarum actio, & Retributio.*

M 4

Et enim